

tamen nihil ommus. quod hic dñs adiungat. Tunc dic discipulis suis.
Messis quidē multa. operarii aut pauci. Metaphora ē hic & species
metaphore allegoria. p messe pplm uolens intellegi. p operarios
predicatores. Totus mundus erat in errore. quando apli ceperunt
p̄dicare. Nisi uero uirtus diuina fuisset. quomodo p duodecim ho
mines. totus mundus reliquisset errores suos. Rogate dñm messis. ut
eiciat operarios in messe sua. Ista messe patriarche & pphe
semina uerunt. sed apli maturauer cā. p suas p̄dicationes. Patriarche & pphe
semiauer in lacrimis. & isti messuer in gaudio. qm istis iā erat
ianua aperta regni celorū. que illis clausa fuit.

10.

ED VOCATIS DECIM ADPREDICANDVM MISSIS.
Scdm matheū hyllo rēf

Et conuocatis duodecim discipulis suis. dedit illis potestate spiri
tuum in mundorū. Referunt euangeliste. quia ascendens in mon
tem. uocauit ad se quos uoluit. hoc ē elegit eos ex pluribus. & ordi
nauit eos aplos. Breuit hoc euangeliste conphendunt. sed septem
gradus quos rectores ecclē habent. ibi tunc acceperunt. Nam in
mundos ips eicere. exorcistarū est. Curare infirmitates. ostiarioru ē. Infirmos curare. diaconorū & presbiterorū. De quib;
p̄cipitur ut introducantur ad infirmos. & unguant eos. Apli aut
grece. latine missi dicuntur. unde dicitur apostolicus. Nec equidem
potuit eos ordinare episcopos. siue aplos. nisi alios ante gradus concede
ret. & pisto facto apli s nominati. Secundū uero quia si qui primum
fec moysen aplm. quando misit cū ad liberationē filiorū isrl ipse fec
& hos aplos. Et quia tunc elegerat duodecim tribus. ipse uoluit habe
re duodecim discipulos. ut daret intellegi quia ipsius annus conflat
duodecim mensibus. ac dies cū duodecim horis. similit & nox. Quin
& iā iste numerus apud arithmeticos celeber habetur. quia et
oms p̄fectos & sacratos numeros in se habet. & resolutus non solum

Messis multa operarii aut pauci.

Dedecim ad predicandū missi.

1

Septem gradus.

Apostoli unde. II

f. 111

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weltererbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm14066/0125